

1253

D O G M A T I C I.

1254

tinet *Ejusdem Summae Partem III.* et quidem duplici *Exemplo.* Primum potius *Excerptis* constat, et orditur a *Quaest. 2^a.* Deinde *considerandum est de modo unionis &c.* finitque multis omissis in *Quaest. 90. Art. 4.* Alterum vetustiore manu incipit *fol. 62.* ut apud *Nicolai cit.* Quia *saluator noster dominus ihesus christus teste angelo &c.* et definit in *Quaest. ult. five 90.* ita tamen, ut *Articuli 1. 3. et 4.* minio notentur deesse, et addatur: *Finitur tercia pars Fratris thome.*

A *fol. 423.* praeter *Elenchum Quaestionum in Partem* mox dictam habentur *Adversaria theologica* levis momenti, et *Index Sanctorum*, sub quorum invocatione in *Templo*, cujus nomen tacetur, *Altaria* dedicata sunt.

DLVII.

U. 294 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 302. f. per duas columnas commode scriptus, rubricis distinctus, et olim a *Thoma de Hasepach* saepe memorato legatus *Collegio rubee rose*, cujus *pater et superintendens* fuerat, aliud *Exemplum est Partis III.* praedictae *Summae*, et quidem praecedente plenius; finit enim, ut apud *Nicolai cit.* *Ideo ante baptismum non distinguitur penitentia mortaliū et venialium.* Dein: *Incipiunt capitula (sive Index) tercie partis summe fratris thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum.*

I 3

DLVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 297 Folior. 364. f. per duas columnas luculente exaratus, sed non nisi sub principium et finem rubricatus: istud in fronte praefert *εγκομιον: Hunc librum cum quibusdam alijs insignibus voluminibus numero II. liberali ac magnifica donatione inter viuos donavit ad librariam Collegij ducalis Wienne Venerabilis et eximius pater M. Andreas de Weytra sacre theologie professor egregius nec non canonicus ecclesie sancti stephani Wienne &c.* quae in amplam gratiarum actionem excurrunt. Rector Academiae Vir hic praefuit annis 1432. et 39. Liber ipse *Partis III.* supra dictae *Exemplum* aliud est, integrum, et *Indice* suo stipatum, ad cuius calcem: *Expliciunt Tituli tercie partis Summe Ordinis predicatorum fratris Thome de Aquino. laus et gloria sit ihesu christo domino.*

DLIX.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 295 Folior. 383. f. per duas columnas luculente exaratus et rubricis distinctus denuo est *Pars III. Summae* memoratae, integra, cum adjecta *Tabula*, ad cuius calcem: *Expliciunt tytuli tercie partis summe sancti Thome. En Sancti επιστορον*, quo praecedentes *Librarii* abstinuere.

DLX.